



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.14. Tempus meum nondum aduenit &c. Fratres illi non intelligebant de Christo, quòd exaltationem suam in Cruce fundaret, sicut serpentis in stipite: Hoc ipsum nos intelligamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

eo sperare possunt honorem sibi & emolumentum: quanta cura student, ut ascendat Hierusalem, non ut illius consulant honori, sed ut inde sibi beneficium aucupentur.

Hic D. Cyrillus credet impletum Hieremize vaticinium: *Et domus Patru tui, etiam ipsi pugnaverunt adversum te. Et clamaverunt post te plena voce; ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona.* Graui te bello fratres tui non testabunt. In quo in eo quod tibi locuturi sunt plena voce, id est adulatorie, palpando eum strepitu, & arrogancia: ne credideris eis, quantumlibet tibi videantur bona loqui, tanquam prospicere commoto. *Cum locuti tibi fuerint bona:* non enim tua querunt, non tuas sectantur utilitates, sed proprio inhiant emolumento quoties replicant illud: *ascende Domine, honori tuo conuenit ascensus ille in Hierusalem,* quo te mundo manifestes, tibi que concilies auctoritatem: *Ne credassis:* proprii namque sunt h. cri & visitatis amatores: sed etenim intentione persuadent illi, ut ascendat Hierusalem, si finitrem res eueherit, ille damnum patitur: si pro voto successerit, nobis cedit emolumento. Hoc erat illi bellum suscitatum: quia realiter eum tradere gestiebant manibus inimicorum, quamuis ex desiderio honoris eius loqui viderentur.

§. 14. Tempus meum nondum aduenit &c. Fratres illi non intellegebant de Christo, quod exaltationem suam in Cruce fundaret, sicut serpens in stipite: Hoc ipsum nos intell. gamus.

37
Treb. 28.
in Ioan.
Tom. 9.
1.
Christos
suadens
eorum
obsecratio-
nibus.

Respondet illis Dominus: *tempus meum nondum aduenit; tempus autem vestrum semper est paratum.* Opinatur D. August. quod Dominus ad duo sibi ab ipsis proposita respondeat. Primum erat, quo conabantur eum inducere, ut ascenderet Hierosolymam, quo fieret illustrior, honorabilior, dignior, & ab omnibus cultu exceptus et inuentori. Secundum quo illum ut recordem notabant, & ad te horum umbras confugiens: ad primum hic verbis respondet: *Tempus meum nondum aduenit.* Tempus suum esse dicit, illud lux glorificationis, honoris, & exaltationis, q. d. (loquit D. Aug.) vos semper estis parati, ut honorem, quietem, & gloriam aucupemini: nec aliud intenditis: ego vero nequaquam retentum autquam exaltabor, & honorabor, humiliari

debeo, deprimi, & occidi; nondum venit hora mea, quod exaltari debeam ut rex & ut talis adorari. Vos autem semper estis parati, ut honores acceptis vobis occurrentes, & patientibus oculis intromittatis: tempus glorie, Christi virique Christiani nondum venit decurrente h. v. vita: h. v. enim laboribus destinatur: nec adueniet nisi precedat dolores, & aduersitates. H. v. namque lectum Remouit quieti.

Obscura sunt illa D. Petri Apostoli verba, quae Spiritus S. ipso teste locutus est per prophetas, usque inspiravit, ut Christi passiones praedicerent, & posteriores glorias: *Eas quae in Christo sunt passiones & posteriores glorias:* Quenam sunt illae glorie posteriores ordinem perpende: passiones & glorie: h. v. Christus super omnes erat habiturus, sed ordine quoddam, ut praecederent passiones, & cruciatus glorie vero subsequerentur: ita et glorie non aduenirent, nisi passiones precessissent, potest hoc declarari ex eo quod norat, Tertullianus quem spectare videtur D. Hieron. b. quod Christus fauam mellis comederet, sed non nisi a mortuis iam redimimus, & postquam fel gustasset: *Fauos post mella gustauit.* His apostolus profecquitur: *Diuus Hieron.* ostendens quod tempus minime veniet, quo Christianus fauam glorie sit comesturus, de quo dicitur: *Hereditas mea super mel & fauam:* vult postquam gustauerit sella tenuiorum, persecutionem, adue. sitat: nec mirum est, inquit ille: nec enim Sampson fauam gustauit mellis, nisi prius eum leone decerta set, & nisi eum superasset fauam mellis non inuenisset. Nondum, o Christiane tempus aduenit quiete tua, nec glorie tua: hoc enim in caelo suscipium est. Maurus, Arabs, infidelis hic suam gloriam obtinet, & quietem, & semper ad hanc recipendam est paratus: vos autem, qui aeternam speratis & perpetuam laborum primum, dolorum me. cedem, his prius vos ipsos impendite.

Expendit D. Augustinus illa Davidis verba in persona Christi prolata: *Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.* Loquitur, inquit ille, xteroo Patri, & ait: tu Pater mi, xterea tua de reuisti sententia (hoc est *Cognouisti*) humilitationis meae tempus pariter & glorificationis: *Sessionem meam & resurrectionem meam, quid hic sessio? quid hic resurrectio? qui sedet, humiliat se sed. ergo Dominus in Passione surrexit in resurrectione. tu inquit, hoc cognouisti, id est, tu voluisti, tu approbasti secundum*

II.
Que fuerint in Christo posteriores glorie. 1. Pet. 1. 11.

Lib. de corona Militis. cap. 14. Ep. 27. Mansio 25. To. 1. cc. 24. 27

Ps. 35. 111. Christi resurrectionem praecedit eius sessio, id est humilitatio.

Interim factum est. Hoc est quod æternus Pater disposuit, vt tempus præcederet mortis, & humiliationi, & deinde gloriæ sequeretur & resurrectioni, prius locandum est ædificij fundamentum, quam parietes & trabes erigendi, quibus domus innitatur, fundamentum eleuationis Christi, eius erat humiliatio, dolores, & mors crucis amarissima, hoc testatur Apostolus: *Humiliatus semetipsum Dominus noster Iesus Christus factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genua flectatur.* Explicandum illud, *Propter quod* Quia se ad victimam deiecit humiliatorem, cum pater ad summum extulit exaltationis. *Dedit illi nomen quod est super omne nomen.*

Phil. 2. 8.

Ps. 118. 3. 14.
IV.
Parsio præcedit exaltationem.

Hinc ille loquendi modus in Christo, quo mortem crucis suam vocauit exaltationem; *Oportet exaltari filium hominis.* Phrasim hanc nunquam voluerunt intelligere Iudei: quia sperabant illi Messiam, qui in mundo regnã maiestate, diuitiis, & terrenã præfulgeret gloria, qui similiter viueret, & permaneret regno suo defensor rectorque perpetuus; vnde obiecerunt illi, *Non audimus ex lege quia Christus (quem speramus) manet in æternum; & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?* Communis horum verborum hic sensus est, quod nunquam illi intelligere valuerunt, vñionem diuinitatis, & humanitatis in Christo in sua persona: quodque ambo de illo verificari deberent, viuere in æternum, & mori in cruce, quæ duo in sacris litteris de eo scripta ferebantur in æternum viuere debebat ratione diuinitatis suæ, quã erat immortalis & ratione cuius predictum erat: *Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen eius. Tu es sacerdos in æternum, Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.* Pariter illi moriendum erat ex parte humanitatis suæ, & quidem in cruce clauis debebat configi: nam de illo pariter predictum erat: *Foderunt manus meas, & pedes meos. Si posuerit pro peccato animam suam, Occidatur Christus.*

Ps. 21. 17. Isa. 53. 10. Dan. 9. 26

V.
Christi seu Mes-

Congruus est hic sensus, vt opifor, quod illi similiter locuti sint non tantum de persona Christi, quantum de regno eius: ac dicere illi voluisse scriptum legimus in scripturis, à Messia regnum fundandum esse perpetuum in quo sit ipse regnaturus, quo iam pote viuerit, & de-

Hieron. Bapt. de Lanua Tom. III.

num sit finiturus ac perpetuus futurus in sue. sic re-cessoribus suis. Sic intelligebant visionem illam Regis Nabuchodonosor, quã vidit quatuor peribum monarchias in quatuor illis metallis illius statua, quam lapis conuertit in paluerem arearum similem, atque in tantam excreuit magnitudinem, vt totam telluris impleret plenitudinem: declarauit autem Regi Daniel, regnum hic significari Messia, qui cuncta sibi subiceret terrarum imperia, & futurus esset ipse sempiternus; vnde sic ait; *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cali regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alicui populo non tradetur.* Totam hæc prophetiam interpretabantur illi, velut terreni, & carnales, de regno terreno quo Messias potiretur, ex hoc principio Christo obiciunt; quomodo si tu dicis, quod Messias sis, dicis expedire vt in cruce exalteris, si Messias, regno positurus sit perpetuo: hæc namq, sibi iniurie conueniunt: exaltari in cruce, & Regis gloriam adipisci non capimus. Sed hoc ipsum Christus Nicodemus Principi Phariseorum exposuerat, exaltationem nempe suam futuram similem exaltationi serpentis ænei per Moysen in deserto in stipite erecti: *Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto: exaltari oportet filium hominis, illud; Oportet exaltari filium hominis.* Quod dixit Ioan. 3. 14. Dominus in abscondito Nicodemus, ipsum est, quod dixit postmodum Iudeis in publico: *Oportet exaltari filium hominis: nec miremur, quod toties alludat exaltationi serpentis ænei: quandoquidem opus fuerit tam stupendum & singulare, præcise institutum, vt symbolum esset Christi, eiusque mysterium.*

Da. 2. 44.

VI.
Christi cum serpente exaltato similitudo illud; Oportet exaltari filium hominis, quod dixit Ioan. 3. 14.

Habebat serpens ille figuram, non autem proprietates serpentis. Tria consideranda in illis erant serpentibus tunc temporis. Primum: venenum mortiferum: etenim morderi ab ipse & mori idem erat. Secundum: quod eorum cibus & alimentum erat terra: hæc enim comedit serpens, illaque vitam suam sustentat, vt illi dixit Deus: *Terram comedes cunctis diebus vite tue.* Tertium quod saltus, quibus se altius erigit, edat pectus suam terræ fortius astringens: habet enim in illo quassam squammas, quibus terræ inixus equum longè præcurrit, in altam profilit, & vt avis petit altiora, Hoc illi Deus imposuit, & vt avis petit altiora, Hoc illi Deus imposuit: *Super pedus tuum gradieris mirabile visa est, colubru cui nec manus sunt, nec pedes, currere tamen velocissimè, saltus edere, & parietes sursum ascendere: quomodo sit illi si homini pedes manisque detrances,*

VII.
Tria in serpentibus illis temporis notanda Gen. 3. 14

V u u illi

Illi dicitur: curte, proflit, vel sursum ascende: ille vero si terram assequatur, in qua pectus suam comprimatur, hinc vires ad hoc sibi comparat: unde non videbis quod elatus in aera procurat, aut vires aliquas robustior exerat.

VIII. Hoc proprie signatur homines terreni: primo namque omnes veneno infecti sunt peccati, & secundo, eorum alimentum terra est: etenim omnia eorum studia eo dirigitur, de illa negotiantur, illamque desiderant: *Qui de terra est, de terra loquitur*, illos conspexit propheta Regius dicens: *Oculos suos statuerunt declinare in terram*. Tertio omnes eorum cursus, modi agendi, & saltus quibus in altum ascendunt, innotuntur dicitis terrenis; & quanto plus de terra hac habuerit, cui pectus innitatur, hoc est desideria & cogitationes: tanto securius in altum assurgit, saltoque eorum sublimiores. An nobilitatem generis affectas? utique, an sunt tibi nummi, quibus innitaris? nequaquam: non igitur recipis attolles, nec tua habebit cogitatio, cui innitatur, an titulos inquiris? perpende, utrum tibi terra sit cui innitaris. Securissime, quam si non habueris, iacebis in infimis humiliatus. Quondam vates: *Oscas diuitem audiuit sibi colloquentem: Diues effusus sum, inueni idolum mihi*. Alia lectio habet ex Hebræo: *Inueni vim mihi*. Facultates mihi sunt & opes, & iuxta illas habeo, cui innitar, & quo vim exerceam ad mei ipsius exaltationem; *Substantia diuitis urbs roboris eius*, ait Salomon: hoc est in illis qui veri sunt serpentes, at ille æneus nihil horum habebat.

IX. Primo: quoad formam videbatur venenum habere, sed procul hoc aberat: imo potius in ea sublatas figuram, remedium erat contra veneno infectos presentissimum; & Christus licet videretur in eo quendam peccati similitudo, quia penas videbatur pro peccato infestas, tolerare: in sola tamen hoc consistebat similitudine, non autem in essentia, *In similitudinem carnis peccati*. Nos autem reputamus eum quasi leprosum: Dixit Isaias: sed in rei veritate leprosus non erat, *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius*.

Secundo: serpens æneus ille terram non comedeat: quia proprius Christo cibus terra non erat, cum de terrenis non ageret, nec sermones illius terræ negotia tractarent; quinimo ipsis vulpibus & passerculis vivebat indigentior: cum foueam sibi propriam non haberet, ut vulpes, nec nidum, ut passerculus. Deinde in historia illa de Samaritana discipulis illi cibum afferentibus, & inuitantibus ad esum: *Rabbi manduca*. Respondit, procul hinc vos: non enim cibus hic palato meo satisfacit: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficam opus eius*. Noluit autem dicere: quod illis cibus non videretur ad corporalis vitæ sustentationem, si illos manducaret: sed de eo loquitur cibo, qui faciat appetitum: idcirco namque dicimus hunc esse alicuius cibum, in quo & de quo satietur & delectatur. Tandem ænei serpentis exaltatio innotebatur non in terra sed in stipite: quia tota Christi Saluatoris exaltatio in crucis stipite innotebatur; non in opibus terrenis, non in mundana celsitudine: sed in cruce: *Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis, propter nos & Deus exaltauit illum*; & donauit etc.

X. O Christe passime, te video ad celorum altissima subleuatum, patris tui celestis dextera asidentem, tantam maiestatem magnificum, ut ad tui nominis reuerentiam inclinenter cœli, Angeli prosternantur, terra deprimitur, & orcus humilietur. Domine quæ via scandisti? *Humiliauit se usque ad mortem, mortem autem crucis, propter nos & Deus exaltauit illum*. Domine, cui innixus es, ut regnum tam sublime tibi comparares ut te tuus viderit Euangelista capite coronatum, vestibus ornatum tuigentissimis, quibus legebatur inscriptum: *Rex Regum, & Dominus dominantium*. Stipiti crucis: *Dominus regnauit à ligno*. Numquam hoc Iudæi intellexerunt, & cognati illi Christi hoc intendentes, quod ipse verus erat serpens, illi persuadent, ut ascendat Hierusalem, ibi mirabilia operetur, & stupenda: quibus in mundo gloriosior euadat, & honoratior. Quam bene notat illos Euangelista & carpit in illis defectum veræ fidei, quam habere debebant de Christi mysteriis: *Nec enim fratres eius credebant in eum*.

XI. Insuper patet hic quam modicam habeant mundani & terreni fidem, quandoquidem omnium eorum studium eo collimet, ut terrena conquirent bona, quibus ad gloriam ascendant, tendunt, sedisque dignitatem. Qui fide præstant viva, in cruce fundantur, crucisque innituntur, ut exaltentur sicutque gloriosi; nam idcirco Dominus suam cuique crucem assignauit, dum ait: *Si quis vult esse, tollat crucem suam, & sequatur me*.

ret, ut vulpes, nec nidum, ut passerculus. Deinde in historia illa de Samaritana discipulis illi cibum afferentibus, & inuitantibus ad esum: *Rabbi manduca*. Respondit, procul hinc vos: non enim cibus hic palato meo satisfacit: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficam opus eius*. Noluit autem dicere: quod illis cibus non videretur ad corporalis vitæ sustentationem, si illos manducaret: sed de eo loquitur cibo, qui faciat appetitum: idcirco namque dicimus hunc esse alicuius cibum, in quo & de quo satietur & delectatur. Tandem ænei serpentis exaltatio innotebatur non in terra sed in stipite: quia tota Christi Saluatoris exaltatio in crucis stipite innotebatur; non in opibus terrenis, non in mundana celsitudine: sed in cruce: *Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis, propter nos & Deus exaltauit illum*; & donauit etc.

X. O Christe passime, te video ad celorum altissima subleuatum, patris tui celestis dextera asidentem, tantam maiestatem magnificum, ut ad tui nominis reuerentiam inclinenter cœli, Angeli prosternantur, terra deprimitur, & orcus humilietur. Domine quæ via scandisti? *Humiliauit se usque ad mortem, mortem autem crucis, propter nos & Deus exaltauit illum*. Domine, cui innixus es, ut regnum tam sublime tibi comparares ut te tuus viderit Euangelista capite coronatum, vestibus ornatum tuigentissimis, quibus legebatur inscriptum: *Rex Regum, & Dominus dominantium*.

XI. Insuper patet hic quam modicam habeant mundani & terreni fidem, quandoquidem omnium eorum studium eo collimet, ut terrena conquirent bona, quibus ad gloriam ascendant, tendunt, sedisque dignitatem. Qui fide præstant viva, in cruce fundantur, crucisque innituntur, ut exaltentur sicutque gloriosi; nam idcirco Dominus suam cuique crucem assignauit, dum ait: *Si quis vult esse, tollat crucem suam, & sequatur me*.

Rom. 8. 3. *tanquam eum quasi leprosum*: Dixit Isaias: sed in rei veritate leprosus non erat, *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius*.

Isai. 53. 4

104. 4. 34.

Phil. 2. 8.

Ap. 19. 16

Ps. 95. 10.

Mat. 16. 24.

quatuor me. Divitias an queritis (interrogat
a suis Christus) veras & æternas, quibus in
æternum & perpetuo gaudeatis; terrenas nolite
querere: sunt etenim spicie: quæ cor pungunt,
& adeo fallaces, vt gravissimâ imminente ne-
cessitate, se sint deserunt. Spiritus querite

XII.
Sed piis
operibus

paupertatem, & illi innotuim: *Beati pauperes
spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum.*
An perpetuam vis alacritatem obtinere que-
re lacrymas, innitere singultibus: *Beati qui lu-
gent? Quoniam ipsi consolabuntur.* Formam
affectus, o Domine, sed perpetuam & immar-
cessibilem, cuius non timeas senectutem nec
rogas in facie tua multiplicatas? ne ceru-
sæ, ne fucus, ne leucitis, inanis carnalibus:

Pr. 31. 36

Fallax gratia: & vana est pulchritudo.
Sed illam inquite in cilicio cum Sancta Cæ-
cilia in ieiunio cum altera Judith: illa enim
hanc assequeris pulchritudinem, quæ solis ex-
cedat elegantiam, & lux tenebras offundat
venustati. Accersit olim Salvatorem nostrum
Adolescens ille hanc illi proponens questio-
nem: Domine mi vehementer exopto mei ip-
sius in cælis exaltationem: hac etenim con-
stantis est & perpetua celsitudo, quid factu opus
quibus innitatur. in divitiis aggere abo tam
obtentas angebo superabundanter toto aberras
cælo, sili mi respondet Dominus: sed illas

Mat. 19.
21.

distribue pauperibus: *Vende omnia que habes
& dæpaupe ribus, & habebis thesaurum in celo.*
Vestrum argentum, vestram exaltationem
hic sulte Dei & proximi amore, penitentia
& mortificationis operibus, quibus carnem
vestram spiritui subiugatis: *In charitate radi-
catis & fundatis.* Olim Propheeta David de modo

Ep. 4. 17

locutus quo viri sancti se ipsos extollunt, &
de gradibus, quibus in celum ascendunt, ait,
illos sibi composuisse, seipsum in hac valle la-
crymarum humiliando, & deprimendo strictis
penitentia operibus mortificationis. In quo
lacrymarum: *Beatus vir, cuius est auxilium abs-
te, ascensionem in corde suo disposuit in valle
lacrymarum etc.*

Pf. 33. 6

§. 15. Tempus ætæ non dum aduenit:
tempus autem vestrum &c. Deus vs
agat cum hominibus, aliquando tempus
expelletas; sed homo potest in omni tem-
pore cum Deo agere. & impudentia est
illum detinere expectantem.

Porro nobis alia occurrit expositio quod
voluerit Dominus agere de suo in Hieru-
lem ascensu dum ait non dum tempus esse
opportunum vt ascendat ad diem festu hunc;
quia querunt illum iudei interficere sed pote-
rat illi quo tempore velissent, ascendere:
quia nullum incurrebant periculum est que ca-
sententia quam nobis omnibus potest obicere,
in qua diuersum ostendit agendi modum Dei
nobiscum, & nostrum cum Deo, quo sine ad
diem festum ascenditis, vt agamus cum Deo,
quâ vero intentione ego illuc ascendo? vt agam
cum hominibus, vt prædicem, vt doceam: vos
autem non est cur tempus expectetis: quan-
do qui lem ad agendum cum Deo, quodlibet
tempus sit opportunum, & non opus est, vt
illum expectetis: *Tempus vestrum semper est
paratum:* Sed vt Deus agat cum hominibus,
non omne tempus est opportunum, & opus est,
quando vult procedere secundum ordinari-
um suum cursum, & non extraordinarium, expe-
ctare donec sit oppor unum. Vt Abigail mul-
lier prudentiâ insignis loquatur viro suo Nabal,
illiq, suam in licet imprudentiâ & impudentiâ,
tèpus expectauit opportunu. nâ domû ingressa
vino mersu inuenit: idcirco distulit donec vini
humores, quibus mergebatur, essent digesti.

40

I.
Tempus
quo Deus
nobiscum
agat, non
seper est
paratum.

Hæc quoties hoc vobiscum est necessarium? an
vobiscum Deus agere poterit quando deliciis
ebrijs estis huius mundi, vinoque sepe? an
quando cibo potuque indulgetis? an quando va-
nitati, leuitati & vestris estis addicti volupta-
tibus? an quando toto studio committendi pec-
catis inebuitis? prudenter egit Moyses ex sen-
tentia D. Chryl. a. D. B. sili. b. & D. Hieron. c.
quando de monte descendens acturus cum po-
pulo ex parte Dei, & cernens illum cibo potu-
que temulentum, lusibus & choreis indulgen-
tem, diuic legis sumptit tabulas, quas manibus
deiebat, easque ad montis radicem collisit, &
in frustra comminuit, vidbat enim tempus non
esse opportunum, quo diuina populo mandata
propoueret & ostendit sanum hoc fuisse con-

a Hom. 1
in c. 1.
Gen.
Tom. 1.
b Hom. de
laud.
ieiunij.
Tom. 1.
c l. 1. 2.
contra
Iouini.
c. 10 To. 3
Ex. 31. 19

Vuuu a filium